(...) [23] Nunc vero quam longe processerunt mala valetudinis ! Has usuras¹ voluptatum pendimus* ultra modum fasque² concupitarum*. Innumerabiles esse morbos non miraberis : cocos³ numera. Cessat omne studium et liberalia* professi sine ulla frequentia desertis angulis* praesident⁴; in rhetorum ac philosophorum scholis solitudo est : at quam celebres culinae* sunt, quanta circa nepotum* focos <se> iuventus premit ! [24] Transeo puerorum infelicium greges quos post transacta⁵ convivia aliae cubiculi contumeliae* expectant; transeo agmina exoletorum* per nationes coloresque discripta⁶ ut eadem omnibus levitas sit, eadem primae mensura lanuginis*, eadem species capillorum, ne quis cui rector est coma crispulis⁷ misceatur; transeo pistorum* turbam, transeo ministratorum⁸ per quos signo dato ad inferendam cenam discurritur. Di boni, quantum hominum unus venter exercet !

Mais ces champignons, poison voluptueux, penses-tu qu'ils ne minent pas sourdement les entrailles, quoique leur funeste effet ne soit pas immédiat? Et cette neige, au cœur de l'été, ne crois-tu pas qu'elle donne des obstructions au foie? Et ces huîtres, à la chair très lourde et engraisée de vase, ne juges-tu pas qu'elles doivent communiquer à l'estomac leur pesanteur limoneuse ? Et ce « garum des Provinces », précieuse pourriture tirée de mauvais poissons, ne crois-tu pas que son âcreté saumâtre brûle les intestins? Tous ces mets purulents et qui passent presque immédiatement de la flamme à la bouche, penses-tu qu'ils s'éteignent sans lésion dans les entrailles ? Que de rots impurs et empestés ! quelles exhalaisons dégoûtantes pour soi-même, que celles d'une intempérance invétérée ! Il est aisé de concevoir que ces aliments se putréfient, au lieu de se digérer.

[27] Piget⁹ esse iam singula* : coguntur in unum sapes. In cena fit quod fieri debebat in ventre : expecto iam ut manducata¹⁰ ponantur. Quantulo autem hoc minus est, testas* excerpere* atque ossa et dentium opera cocum fungi ? Gravest¹¹ luxuriari* per singula : omnia semel et in eundem saporem versa ponantur. (...)

Lettres à Lucilius, XCV

-
- | | | |
|--|--|--|
| 1 usura, ae, f. : intérêt d'un capital | pendere, o : payer | |
| 2 fas, n. indécl. : le licite, ce qui est permis | concupiscere, o, pivi, pitum : désirer ardemment | |
| 3 cocus, i, m. : cuisinier | liberalia = liberales artes | angulus, i, m. : salle d'études, salle d'école |
| 4 praesidere, eo : être assis devant | culina, ae, f. : cuisine | nepos, otis, m. : dissipateur, prodigue |
| 5 transigere, o, egi, actum : terminer | contumelia, ae, f. : outrage | exoleti, orum, m. pl. : débauchés |
| 6 describere, o, scripsi, scriptum : répartir | lanugo, inis, f. : barbe naissante, duvet | |
| 7 crispulus, a, um : un peu crépu, frisotté | pistor, oris, m. : boulanger, pâtissier | |
| 8 ministrare : mettre au service de | | |
| 9 piget : être mécontent | singulus, a, um : un par un, séparément | singula : s.-ent. alimenta |
| 10 manducare : mâcher | testa, ae, f. : coquille | excerpere, o : extraire |
| 11 gravest = grave est | luxuriari : s'abandonner à des excès | |

4. QUE PHILOSOPHER, C'EST APPRENDRE A MOURIR

Une crise d'asthme

Omnia corporis aut incommoda aut pericula per me transierunt: nullum mihi videtur molestius. Quidni¹ ? aliud enim quidquid est* aegrotare est, hoc animam egerere². Itaque medici hanc 'meditationem mortis' vocant; facit enim aliquando spiritus ille quod saepe conatus est. Hilarem³ me putas haec tibi scribere quia effugi ? [3] Tam ridicule facio, si hoc fine quasi bona valetudine delector, quam ille, quisquis vicisse se putat cum vadimonium* distulit⁴.

Ego vero et in ipsa suffocatione non desii cogitationibus laetis ac fortibus acquiescere*. [4] 'Quid hoc est ?' inquam 'tam saepe mors experitur⁵ me ? Faciat: [at] ego illam diu expertus sum.' 'Quando ?' inquis. Antequam nascerer. Mors est non esse. Id quale sit iam scio: hoc erit post me quod ante me fuit. Si quid in hac re tormenti est, necesse est et fuisse, antequam prodiremus in lucem; atqui⁶ nullam sensimus tunc vexationem*. [5] Rogo, non stultissimum dicas si quis existimet lucernae* peius esse cum exstincta est quam antequam accenditur ? Nos quoque et extinguimur et accendimur: medio illo tempore aliquid patimur, utrimque⁷ vero alta securitas est. In hoc enim, mi Lucili, nisi fallor*, erramus, quod mortem iudicamus sequi, cum illa et praecesserit et secutura sit. Quidquid ante nos fuit mors est; quid enim refert⁸ non incipias an desinas, cum utriusque rei hic sit effectus, non esse ?

[6] His et eiusmodi exhortationibus – tacitis* scilicet, nam verbis locus non erat - alloqui⁹ me non desii; deinde paulatim suspirium* illud, quod esse iam anhelitus¹⁰ coeperat, intervalla maiora fecit et retardatum est. At remansit*, nec adhuc, quamvis desierit, ex natura

¹ **quidni** : pourquoi pas ?

aliud quidquid est = alius morbus quisquis est

² **egerere, o** : rendre (l'âme)

³ **hilaris, e** : gai

vadimonium, ii, n. : assignation en justice

⁴ **differre, o, distuli, dilatam** : remettre à plus tard

acquiescere, o : trouver le calme de l'âme, mourir

⁵ **experiri, ior** : mettre à l'épreuve

⁶ **atqui** : et pourtant

vexatio, onis, f., n. : tourment

lucerna, ae, f. : lampe

⁷ **utrimque** : de part et d'autre

fallor, i : se tromper

⁸ **quid refert** : qu'importe ?

tacitus, a, um : silencieux

⁹ **alloqui, or + acc.** : adresser la parole à

suspirium, ii, n. : asthme, suffocation

¹⁰ **anhelitus, us, m.** : respiration (difficile)

remanere, eo, mansi, mansum : subsister

fluit spiritus¹; sentio haesitationem* quandam eius et moram. Quomodo volet, dummodo non ex animo suspirem*.

Lettres à Lucilius, LIV

Il n'est pas de route qui n'ait un terme

[11] Nemo tam imperitus est ut nesciat quandoque² moriendum; tamen cum prope accessit, tergiversatur, tremit, plorat. Nonne tibi videtur stultissimus omnium qui flevit quod ante annos mille non vixerat ? aequè stultus est qui flet quod post annos mille non vivet. Haec paria sunt: non eris nec fuisti; utrumque tempus alienum³ est. [12] In hoc punctum* coniectus es, quod ut⁴ extendas, quousque extendes ? Quid fles ? quid optas ? perdis operam.

« Desine fata deum* flecti sperare precando⁵. »

Rata⁶ et fixa sunt et magna atque aeterna necessitate ducuntur: eo ibis quo omnia eunt. Quid tibi novi est ? Ad hanc legem natus es; hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series invicta⁷ et nulla mutabilis ope* inligavit* ac trahit cuncta. [13] Quantus⁸ te populus moriturorum sequetur, quantus comitabitur ! Fortior, ut opinor, esses, si multa milia tibi commorerentur*; atqui multa milia et hominum et animalium hoc ipso momento quo tu mori dubitas animam variis generibus emittunt*. Tu autem non putabas te aliquando ad id perventurum ad quod semper ibas ? Nullum sine exitu iter est.

Lettres à Lucilius, LXXVII

¹ **spiritus, us, m.** : souffle **haesitatio, onis, f.** : embarras **suspirare** : respirer profondément
² **quandoque** : un jour ou l'autre
³ **alienus, a, um** : étranger, qui ne nous appartient pas **punctum, i, n.** : instant, point (du temps)
⁴ **ut** : (ici) à supposer que **deum** : (ici) = deorum
⁵ « **Desine...precando** » : Virgile, *Enéide* VI, 376
⁶ **ratus, a, um** : compté, invariable
⁷ **invictus, a, um** : invincible **[ops], opis, f.** : force **inligare** : attacher
⁸ **quantus, a, um** : combien grand **commori, ior** : mourir avec **animam emittere** : rendre l'âme

Tous égaux devant la fortune

[15] Itaque formetur animus ad intellectum patientiamque¹ sortis suae et sciat nihil inausum esse fortunae, adversus imperia illam idem habere iuris quod adversus imperantis*, adversus urbes idem posse quod adversus homines. Nihil horum indignandum est: in eum intravimus mundum in quo his legibus vivitur. Placet : pare. Non placet : quacumque² vis exi. Indignare si quid in te iniqui proprie constitutum est; sed si haec summos imosque necessitas alligat³, in gratiam cum fato revertere*, a quo omnia resolvuntur.

[16] Non est quod⁴ nos tumulis metiaris* et his monumentis quae viam disparia* praetexunt⁵: aequat omnis cinis*. Impares nascimur, pares morimur. Idem de urbibus quod de urbium incolis dico: tam Ardea capta quam Roma est. Conditor ille iuris humani non natalibus nos nec nominum claritate distinxit, nisi dum sumus: ubi vero ad finem mortalium ventum est, 'discede' inquit 'ambitio: omnium quae terram premunt siremps⁶ lex esto'. Ad omnia patianda pares sumus; nemo altero fragilior est, nemo in crastinum* sui certior.

Lettres à Lucilius, XCI

La vie est longue quand elle est bien remplie

Obiurgamus⁷ cotidie fatum*: 'quare ille in medio cursu raptus est ? quare ille non rapitur ? quare senectutem et sibi et aliis gravem extendit ?' [2] Utrum, obsecro te, aequius iudicas, te naturae an tibi parere naturam ? quid autem interest⁸ quam cito* exeas unde utique exeundum est ? Non ut diu vivamus curandum est, sed ut satis; nam ut diu vivas fato opus est, ut satis, animo. Longa est vita si plena est; impletur autem cum animus sibi bonum suum reddidit et ad se potestatem sui transtulit. [3] Quid illum octoginta anni iuvant per inertiam

¹ **patientia, ae, f.** : acceptation

imperantis = imperantes

² **quacumque** : par n'importe quel endroit / moyen

³ **alligare** : lier

in gratiam reverti : (ici) se réconcilier

⁴ **non est quod** : il n'y a pas de raison que

metiri, ior : mesurer

dispar, aris, 3g. : dissemblable

⁵ **praetexere, o** : border

cinis, eris, m. : cendre

⁶ **siremps, invar.** : (= similis res ipsa) absolument semblable

crastinum, i, n. : lendemain

⁷ **objurgare** : blâmer, critiquer

fatum, i, n. : destin

⁸ **quid interest** : qu'importe

cito : rapidement

exacti¹ ? non vixit iste sed in vita moratus* est, nec sero* mortuus est, sed diu. 'Octoginta annis vixit.' Interest² mortem eius ex quo die numeres. (...)

Obsecro te, Lucili, hoc agamus ut quemadmodum pretiosa rerum sic vita nostra non multum pateat sed multum pendeat³; actu illam metiamur*, non tempore. Vis scire quid inter hunc intersit vegetum* contemptoremque fortunae functum⁴ omnibus vitae humanae stipendiis⁵ atque in summum bonum eius evectum* et illum cui multi anni transmissi⁶ sunt ? alter post mortem quoque est, alter ante mortem perit.

[5] Laudemus itaque et in numero felicium reponamus eum cui quantumcumque* temporis contigit bene conlocatum* est. Vidit enim veram lucem; non fuit unus e multis; et vixit et vixit. Aliquando sereno⁷ usus est, aliquando, ut solet, validi sideris fulgor per nubila emicuit*. Quid quaeris quamdiu vixerit ? vivit: ad posteros usque⁸ transiit* et se in memoriam dedit. (...)

[7] Quemadmodum in minore corporis habitu⁹ potest homo esse perfectus, sic et in minore temporis modo* potest vita esse perfecta. Aetas inter externa est. Quamdiu sim alienum est : quamdiu ero, <vere> ut sim, meum est. Hoc a me exige, ne velut per tenebras aevum ignobile¹⁰ emetiar*, ut agam vitam, non ut praetervehar*.

[8] Quaeris quod sit amplissimum vitae spatium ? usque ad sapientiam vivere; qui ad illam pervenit attingit non longissimum finem, sed maximum. Ille vero gloriatur¹¹ audacter et dis agat gratias interque eos sibi, et rerum naturae imputet* quod fuit. Merito* enim inputabit: meliorem illi vitam reddidit quam accepit. Exemplar boni viri posuit, qualis quantusque esset ostendit; si quid adiecisset, fuisset simile praeterito¹².

Lettres à Lucilius, XCIII

-
- 1 **exigere, o, egi, actum** : passer (sa vie) **morari** : s'attarder **sero** : tard
 2 **interest + interr. ind.** : il importe de considérer
 3 **pendere, eo** : peser **metiri, ior** : mesurer **vegetus, a, um** : vif, bien vivant
 4 **fungi, or, functus sum + abl.** : s'acquitter de
 5 **stipendia, orum, n. pl.** : temps du service militaire, (ici) obligations **evehere, o** : élever
 6 **transmittere, o** : faire passer **quantulumcumque, adv.** : le peu de **conlocare** : placer
 7 **serenum, i, n.** : beau temps **emicare, o, ui, atum** : briller
 8 **usque ad** : jusqu'à **transilire, io, ui** : sauter (d'un lieu dans un autre)
 9 **habitus, us, m.** : conformation physique, taille **modus, i, m.** : mesure
 10 **ignobilis, e** : obscur, inconnu **emetiri, ior** : parcourir **praetervehi** : côtoyer, naviguer le long de
 11 **gloriarī** : se glorifier **imputare** : attribuer, imputer **merito** : avec raison
 12 **praeterito** : sous-ent. tempore

Alia interim crudelia, inhumana praetereo, quod¹ ne tamquam hominibus quidem sed tamquam iumentis abutimur, quod, cum ad cenandum discubuimus, alius sputa² deterget, alius reliquias temulentorum³ subditus* colligit. Alius pretiosas aves scindit; per pectus et clunes⁴ certis ductibus* circumferens eruditam manum frustra⁵ excutit*, infelix, qui huic uni rei vivit, ut altilia⁶ decenter secet, nisi quod miserior est qui hoc voluptatis causa docet quam qui necessitatis discit. Alius vini minister in muliebrem⁷ modum ornatus cum aetate luctatur⁸: non potest effugere pueritiam, retrahitur*, iamque militari habitu glaber⁹ rethritis pilis* aut penitus evulsis¹⁰ tota nocte pervigilat, quam inter ebrietatem domini ac libidinem dividit et in cubiculo vir, in convivio puer est. Alius, cui convivarum censura¹¹ permissa est, perstat infelix et exspectat¹² quos adulatio et intemperantia aut gulae¹³ aut linguae revocet in crastinum*. Adjice obsonatores¹⁴ quibus dominici¹⁵ palati* notitia¹⁶ subtilis est, qui sciunt cuius illum rei sapor* excitet, cuius delectet aspectus, cuius novitate nauseabundus¹⁷ erigi possit, quid iam ipsa satietate fastidiat¹⁸, quid illo die esuriat¹⁹.

Cum his cenare non sustinet et maiestatis suae deminutionem putat ad eandem mensam cum servo suo accedere. Di melius²⁰ ! quot ex istis dominos habet ! Stare ante limen Callisti²¹ dominum suum²² vidi et eum qui illi impegerat¹ titulum*, qui inter reicula²

1 quod : explicatif

2 sputum, i, n. : crachat

3 temulentus, a, um : ivre

subditus, a, um : agenouillé, accroupi

4 clunis, is, m. et f. : fesse; croupion

ductus, us, m. : tracé

5 frustum, i, n. : morceau

excutere : dégager d'une secousse

6 altilia, ium, n. pl. : volaille engraisnée

7 muliebris, e : féminin

8 luctari : lutter

retrahere : tirer en arrière

9 glaber, bra, brum : glabre

rethritis pilis : les poils enlevés par la pierre ponce

10 evellere, o, elli, ulsum : arracher

11 censura : des esclaves appelés *vocatores* ou *invitatores* dressaient la liste des gens à réinviter, comme le censeur établissait celle des sénateurs et des chevaliers

12 exspectare suivi d'une interr. ind. signifie à la fois attendre et observer

13 gula, ae, f. : bouche, gosier in crastinum : pour le lendemain

14 obsonator, oris, m. : pourvoyeur, celui qui achète des provisions

15 dominicus, a, um : du maître palatum, i, n. : palais

16 notitia, ae, f. : connaissance sapor, oris, m. : saveur

17 nauseabundus, a, um : qui a des nausées

18 fastidire, io, ivi, itum : (intr.) être dégoûté; (trans.) dégoûter

19 esurire, io, ii : désirer manger

20 di melius (dent) : «justes dieux»

21 Callistus : affranchi très influent auprès de l'empereur Claude

22 dominum suum : celui qui avait été son maître naguère

mancipia* produxerat, aliis intransibus excludi. Rettulit³ illi gratiam servus ille in primam decuriam⁴ coniectus, in qua vocem praeco⁵ experitur: et ipse illum invicem apologavit⁶, et ipse non iudicavit domo sua dignum. Dominus Callistum vendidit: sed domino quam multa Callistus!

Vis tu cogitare istum quem servum tuum vocas ex isdem seminibus⁷ ortum* eodem frui caelo, aequae spirare, aequae vivere, aequae mori ! Tam tu illum videre ingenuum⁸ potes quam ille te servum. Variana⁹ clade multos splendidissime natos, senatorium per militiam¹⁰ auspicantes* gradum, fortuna depressit : alium ex illis pastorem, alium custodem casae fecit. Contemne nunc eius fortunae hominem in quam transire dum contemnis potes. Nolo in ingentem me locum¹¹ immittere et de usu servorum disputare, in quos superbissimi, crudelissimi, contumeliosissimi¹² sumus. Haec tamen praecepti mei summa est : sic cum inferiore vivas quemadmodum tecum superiorem velis vivere. Quotiens in mentem venerit quantum tibi in servum liceat, veniat in mentem tantumdem in te domino tuo licere. «At ego» inquis «nullum habeo dominum.» Bona aetas¹³ est : forsitan* habebis. Nescis qua aetate Hecuba¹⁴ servire coeperit, qua Croesus, qua Darei mater, qua Platon, qua Diogenes ? Vive cum servo clementer, comiter quoque, et in sermonem illum admitte et in consilium et in convictum¹⁵.

-
- 1 **impingere, o, egi, pactum**: appliquer **titulus, i, m.** : écriteau de vente
 2 **reiculus, a, um** . de rebut **mancipia, orum, n. pl.** : les esclaves
 3 **referre gratiam** : rendre la pareille
 4 **decuria, ae, f.** : le lot; les esclaves à vendre étaient divisés en différents lots
 5 **praeco, onis, m.** : crieur
 6 **apologare** : repousser
 7 **semen, inis, n.** : semence **ortum** : s.-ent. *esse*
 8 **ingenuus, a, um** : de naissance libre. (A l'affranchissement qui laissait l'ancien esclave dans la dépendance de son maître, l'empereur pouvait ajouter l'*ingenuitas*, qui effaçait complètement son origine servile)
 9 **varianus, a, um** : de Varus. (Varus, en 9 ap. J.-C., fut encerclé avec trois légions en Germanie par les troupes d'Arminius; beaucoup furent massacrés, les autres vendus comme esclaves.)
 10 **militia, ae, f.** : service militaire. (Auguste avait décrété que l'on pourrait accéder à l'ordre sénatorial en obtenant le grade de tribun militaire.) **auspicari** : commencer
 11 **ingentem locum** : un vaste sujet
 12 **contumeliosus, a, um** : injurieux, outrageant
 13 **bona aetas est** : litt. «c'est le bel âge» = «tu es encore jeune» **forsitan** : (adv.) peut-être
 14 **Hecuba** : série d'exemples de personnages illustres tombés en servitude : Hécube, femme de Priam, captive des Grecs après la chute de Troie. --- Crésus, roi de Lydie, prisonnier de Darius, roi des Perses. -- La mère de Darius, Sisygambis, prisonnière d'Alexandre après la bataille d'Issus. -- Platon, vendu comme esclave par Denys l'Ancien, et libéré ensuite. -- Diogène le Cynique pris et vendu, disait-on, par des pirates.
 15 **convictus, us, m.** : société, commerce, vie commune

Hoc loco acclamabit mihi tota manus delicatorum¹ : «Nihil hac re humilium, nihil turpius». Hos ego eosdem deprehendam alienorum servorum osculantes² manum. Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint ? Dominum *patrem familiae* appellaverunt, servos, quod etiam in mimis³ adhuc durat, *familiares*. Instituerunt diem festum*, non quo solo cum servis domini vescerentur⁴, sed quo utique*; honores illis in domo gerere, ius dicere permiserunt et domum pusillam⁵ rem publicam esse iudicaverunt. «Quid ergo? omnes servos admovebo mensae meae?» Non magis quam omnes liberos. Erras si existimas me quosdam quasi⁶ sordidioris operae reiecturum, ut puta⁷ illum mulionem⁸ et illum bubulcum*. Non ministeriis⁹ illos aestimabo sed moribus: sibi quisque dat mores, ministeria casus adsignat. Quidam cenent tecum quia digni sunt, quidam ut sint; si quid enim in illis ex sordida conversatione¹⁰ servile est, honestiorum convictus* excutiet. Non est, mi Lucili, quod amicum tantum in foro et in curia quaeras: si diligenter attenderis, et domi invenies. Saepe bona materia cessat¹¹ sine artifice: tempta et experire. Quemadmodum stultus est qui equum empturus non ipsum inspicit sed stratum¹² eius ac frenos*, sic stultissimus est qui hominem aut ex veste aut ex condicione, quae vestis modo nobis circumdata est, aestimat. «Servus est.» Sed fortasse liber animo. «Servus est.» Hoc illi nocebit ? Ostende quis non sit: alius libidini servit, alius avaritiae, alius ambitioni, omnes spei, omnes timori. Dabo consularem aniculae¹³ servientem, dabo ancillulae divitem, ostendam nobilissimos iuvenes mancipia¹⁴ pantomimorum: nulla servitus turpior est quam voluntaria. Quare non est quod fastidiosi isti te deterreant quominus servis tuis hilarem¹⁵ te praestes et non superbe superiorem: colant potius te quam timeant.

¹ **delicatorum** : les raffinés, les gens du beau monde

² **osculari** : embrasser

³ **mimus, i, m.** : mime, pièce bouffonne **diem festum** : les Saturnales (27 décembre)

⁴ **vesci, or** : se nourrir, manger **utique** : de toute façon

⁵ **pusillus, a, um** : en raccourci, en miniature

⁶ **quasi** : introduit ici l'expression d'une pensée (*sordidioris operae*) prêtée au sujet (*me*), avec valeur causale : dans la pensée que, sous prétexte de...

⁷ **ut puta** : par exemple

⁸ **mulio, onis, m.** : muletier **bubulcus, i, m.** : bouvier

⁹ **ministerium, ii, n.** : fonction

¹⁰ **conversatio, onis, f.** : fréquentation **convictus, us, m.** : commerce, société

¹¹ **cessat sine** : est sans emploi faute de...

¹² **stratus, us, m.** : couverture **freni, orum, m. pl.** : le mors

¹³ **anicula, ae, f.** : petite vieille (il l'entoure de soins parce qu'il convoite son héritage)

¹⁴ **mancipium, ii, n.** : esclave **pantomimus, i, m.** : pantomime

¹⁵ **hilaris, e** : gai, joyeux

Dicet aliquis nunc me vocare ad pileum¹ servos et dominos de fastigio suo dejicere, quod dixi ; «Colant potius dominum quam timeant». «Ita, inquit², prorsus³ colant tamquam clientes, tamquam salutatores⁴ ?» Hoc qui dixerit obliviscetur id dominis parum non esse quod deo sat est. Qui colitur, et amatur: non potest amor cum timore misceri. Rectissime ergo facere te iudico quod timeri a servis tuis non vis, quod verborum castigatione⁵ uteris: verberibus muta admonentur. Non quidquid nos offendit et laedit; sed ad rabiem⁶ cogunt pervenire deliciae*, ut quidquid non ex voluntate respondit iram evocet. Regum nobis induimus animos; nam illi quoque obliti et suarum virium et imbecillitatis alienae sic excandescunt⁷, sic saeviunt, quasi iniuriam acceperint; a cuius rei periculo illos fortunae suae magnitudo tutissimos praestat⁸. Nec hoc ignorant, sed occasionem nocendi captant querendo : acceperunt⁹ injuriam ut facerent. Diutius te morari nolo; non est enim tibi exhortatione opus. Hoc habent inter cetera boni mores : placent sibi, permanent; levis est malitia¹⁰, saepe mutatur, non in melius, sed in aliud. Vale.

Lettres à Lucilius, XLVII

¹ **pileus, i, m.** : bonnet conique de feutre dont on coiffait l'esclave qu'on affranchissait

² **inquit** : objection de l'interlocuteur imaginaire désigné plus haut par *aliquis*

³ **prorsus** : tout à fait

⁴ **saluator, oris, m.** : client, protégé

⁵ **castigatio, onis, f.** : châtement

⁶ **rabies, f.** : rage **deliciae, arum, f.** : une vie raffinée, l'abus de plaisirs

⁷ **excandescere** : s'enflammer

⁸ **praestat tutissimos a** : *les préserve tout à fait de...*

⁹ **acceperunt** : *ils feignent d'avoir reçu...*

¹⁰ **malitia, ae, f.** : méchanceté

6. LA SCIENCE

Les textes qui suivent sont empruntés aux Naturales Quaestiones (Les recherches sur la nature); ouvrage en 7 ou 8 livres commencé en 62. Sénèque avait composé plusieurs ouvrages de science, mais seul nous reste celui-ci. Il est dédié à Lucilius et traite des phénomènes lumineux dans l'atmosphère, de la foudre et du tonnerre, des eaux terrestres, du Nil, des nuages, des vents, des tremblements de terre, des comètes.

Dans l'optique stoïcienne, Sénèque décrit la nature comme un tout harmonieux régi par une causalité qui se confond avec la Raison universelle, c'est-à-dire avec Dieu. Dans tout ce qui existe se manifeste une «énergie vitale», vis vitalis; c'est elle qui permet le fonctionnement de l'univers. Lorsqu'un phénomène échappe à toute explication, Sénèque pratique le doute scientifique; il affirme par ailleurs sa foi dans le progrès indéfini des connaissances

La connaissance de la nature, fin suprême de l'homme

(1) Quantum inter philosophiam interest, Lucili virorum optime, et ceteras artes¹, tantum interesse existimo in ipsa philosophia inter illam partem quae ad homines et hanc quae ad deos pertinet. Altior est haec et animosior²; multum permisit sibi; non fuit oculis contenta; maius esse quiddam suspicata est ac pulchrius quod extra conspectum natura posuisset.

(2) Denique inter duas interest quantum inter deum et hominem. Altera docet quid in terris agendum sit, altera quid agatur in caelo. Altera errores nostros discutit³ et lumen admovet quo discernantur ambigua⁴ vitae; altera multum supra hanc in qua volutamur⁵ caliginem⁶ excedit et e tenebris ereptos* perducit illo unde lucet.³ Equidem* tunc rerum naturae gratias ago cum illam non ab hac parte video qua publica est, sed cum secretiora⁷ eius intravi, cum disco quae universi materia sit, quis auctor aut custos, quid sit deus, totus in se tendat⁸ an et ad nos aliquando respiciat, faciat cotidie aliquid an semel fecerit, pars mundi sit an mundus, liceat illi hodieque decernere et ex lege factorum aliquid derogare an maiestatis deminutio sit et

¹ artes : les connaissances que l'on acquiert par l'expérience ou par l'enseignement = «les ordres de connaissance»

² animosus, a, um : hardi

³ discutere, io : dissiper

⁴ ambiguum, i, n. : incertitude

⁵ volutari : s'agiter, être roulé

⁶ caligo, inis, f. : obscurité, ténèbres

ereptos : sous-ent. homines

equidem: quant à moi

⁷ secretiora : Sénèque compare la connaissance scientifique aux mystères que certaines sectes religieuses réservaient aux initiés

⁸ totus in se tendat : «s'il est entièrement concentré sur lui-même»; c'est la doctrine épicurienne

confessio erroris mutanda¹ fecisse, cum necesse sit eadem placere ei cui nisi² optima placere non possunt. Nec ob hoc minus liber est ac potens; ipse est enim necessitas sua.

(4) Nisi ad haec admitterer, non tanti fuerat nasci. Quid enim erat cur³ in numero viventium me positum esse gauderem ? An⁴ ut cibos et potiones percolarem* ? ut hoc corpus causarium⁵ ac fluidum*, periturumque nisi subinde* impletur, farcirem et viverem aegri⁶ minister ? ut mortem timerem, cui uni nascimur ? Detrahe hoc inaestimabile bonum, non est vita tanti ut sudem⁷, ut aestuem*.

(5) O quam contempta⁸ res est homo, nisi supra humana surrexerit ! Quamdiu cum affectibus⁹ colluctamur*, quid magnifici facimus ? Etiamsi superiores sumus, portenta* vincimus. Quid est cur suspiciamus¹⁰ nosmet ipsi quia dissimiles deterrimis sumus ? (...)

(6) Virtus enim ista¹¹ quam affectamus¹² magna est, non quia per se beatum est malo caruisse, sed quia animum laxat et praeparat ad cognitionem caelestium dignumque efficit¹³ qui in consortium* dei veniat.

(7) Tunc consummatum¹⁴ habet* plenumque bonum sortis humanae cum calcato* omni malo petit altum et in interiorum naturae sinum venit. Tunc iuvat inter ipsa sidera vagantem¹⁵ divitum pavimenta* ridere et totam cum auro suo terram, non illo tantum dico quod egressit¹⁶ et signandum* monetae¹⁷ dedit, sed et illo quod in occulto servat posterorum avaritiae. (...)

¹ *confessio erroris mutanda fecisse* : c'est le point de vue stoïcien qui s'applique du reste également au sage, qui ne doit pas revenir sur ce qu'il a une fois décidé

² *nisi...non* = «ne...que»

³ *quid est cur* : quelle raison y a-t-il pour que

⁴ *an = num* *percolare* : filtrer, digérer

⁵ *causarius, a, um* : infirme

fluidus, a, um : languissant

subinde : de temps en temps

⁶ *aegri* : ce malade est le corps lui-même

⁷ *sudare* : suer *aestuare* : s'agiter

⁸ *contemptus, a, um* : méprisable

⁹ *affectibus* : «les entraînements des passions»
monstruosités»

colluctari : lutter contre *portenta* : «des

¹⁰ *suspiciere, io* : admirer

¹¹ *ista = illa*. L'emploi des démonstratifs par Sénèque n'est pas toujours conforme à l'usage classique

¹² *affectare* : chercher à atteindre

¹³ *efficere* : rendre *consortium, ii, n.* : partage, communauté

¹⁴ *consummatus, a, um* : achevé *habet* : s.-ent. *animus*

calcere : fouler aux pieds

¹⁵ *vagari* : aller çà et là *pavimenta* : dalles ou mosaïques en matière précieuse, dont les riches faisaient recouvrir le sol de leurs maisons

¹⁶ *egerere* : faire sortir

signare : frapper (en parlant de la monnaie)

¹⁷ *moneta, ae, f.* : hôtel de la monnaie (où se trouvait l'atelier de frappe)

(11) Punctum est istud in quo navigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis, minima etiam cum illis utrimque¹ Oceanus occurrit. Sursum² ingentia spatia sunt, in quorum possessionem animus admittitur, et ita si³ secum minimum ex corpore tulit, si sordidum⁴ omne deterisit* et expeditus levisque ac contentus modico* emicuit*⁽¹²⁾. Cum illa tetigit, alitur, crescit ac velut vinculis liberatus in originem⁵ redit et hoc habet argumentum divinitatis suae quod illum divina delectant, nec ut alienis, sed ut suis interest⁶. Secure spectat occasus siderum atque ortus et tam diversas concordantium vias⁷; observat ubi quaeque stella primum terris lumen ostendat, ubi culmen eius summumque cursus sit, quousque descendat; curiosus spectator excutit⁸ singula et quaerit. Quidni quaerat ? Scit illa ad se pertinere.

(13) Tunc contemnit domicilii prioris angustias. Quantum est enim quod ab ultimis litoribus Hispaniae usque ad Indos⁹ iacet ? Paucissimorum dierum spatium, si navem suam¹⁰ ferat ventus. At illa regio caelestis per triginta annos velocissimo sideri* viam praestat¹¹ nusquam resistenti sed aequaliter cito*. Illic demum discit quod diu quaesivit; illic incipit deum nosse. Quid est deus ? Mens universi. Quid est deus ? Quod vides totum et quod non vides totum. Sic demum magnitudo illi sua redditur, qua nihil maius cogitari potest, si solus est omnia, si opus suum et intra et extra tenet. Quid ergo interest inter naturam dei et nostram ? Nostri melior pars animus est; in illo nulla pars extra animum est.

(Préface)

1 **utrimque** : de part et d'autre

2 **sursum** : en haut. (Il s'agit évidemment dans cette phrase et dans les suivantes de l'âme du savant, qui, préparée par une vie ascétique, où elle s'est dégagée le plus possible de la matière, s'adonne ici-bas à la contemplation des choses divines, des phénomènes célestes. Mais plusieurs des expressions employées conviendraient aussi bien à l'âme libérée par la mort des liens du corps. Pour Sénèque la contemplation du sage, qui est aussi un savant, est presque une anticipation de la vie future, et c'est sans doute à dessein qu'en décrivant l'un, il a évoqué l'autre.)

3 **ita si...** : «à cette condition que»

4 **sordidus, a, um** : sale **detergere, eo, tersi, tersu** : nettoyer **modico** : «ce qui est strictement suffisant» **emicare** : s'élancer hors de

5 **originem** : pour les stoiciens l'âme est une parcelle du feu céleste

6 **interesse** : participer (*et interest divinis, non ut alienis, sed ut suis*)

7 **tam diversas concordantium (siderum) vias** : les cours des astres sont divers, mais l'ensemble de leurs mouvements est harmonieux

8 **excutere** : scruter, examiner

9 **Indos** : un canal, remontant au temps des Pharaons, traversait l'isthme de Suez; il devait toutefois être peu praticable au temps de Sénèque

10 **suus** : «favorable»

velocissimo sideri : il s'agit de Saturne

11 **praestare** : fournir

cito : animé d'un mouvement, poussé (*de ciere, oe, civi, citum*)

Les comètes

Des différentes hypothèses émises sur les comètes, auxquelles il a consacré un livre entier, Sénèque a adopté celle qui se rapproche le plus de la théorie de la science moderne.

YII, XYII (1) Apollonius Myndius¹ in diversa opinione est. Ait enim cometen² non unum ex multis erraticis³ effici, sed multos cometas erraticos* esse. Non est, inquit, species falsa nec duarum stellarum confinio⁴ ignis extentus, sed proprium sidus cometae est, sicut solis ac lunae. Talis illi forma est, non in rotundum restricta⁵, sed procerior* et in longum producta⁶. Ceterum non est illi palam cursus; altiora mundi secat et tunc demum apparet cum in imum cursus sui venit.

Nec est quod putemus eundem visum esse sub Claudio quem sub Augusto vidimus, nec hunc qui sub Nerone⁷ Caesare apparuit et cometae detraxit infamiam⁸ illi similem fuisse qui post excessum⁹ divi Iulii ludis Veneris Genetricis* circa undecimam horam diei emersit¹⁰.

(3) Multi variique sunt, dispares magnitudine, dissimiles colore; aliis rubor est sine ulla luce, aliis candor et purum liquidumque¹¹ lumen, aliis flamma et haec non sincera* nec tenuis sed multum circa se volvens fumidi ardoris. Cruenti quidam, minaces¹², qui omen prae se futuri sanguinis ferunt. Hi minuunt augentque lumen suum, quemadmodum alia sidera, quae clariora, cum descendere, sunt maioraque, quia ex loco propiore visuntur, minora, cum redeunt, et obscuriora, quia abducunt se longius.

¹ **Apollonius Myndius** : de cet Apollonius, né à Myndos, en Carie (Asie Mineure), nous savons seulement, par Sénèque, qu'il fut un astrologue réputé

² **cometes, ae, m.** : comète

³ **erraticis** : ici « les planètes », traduction latine du grec *plavnhte*". **erraticus, a, um** : errant

⁴ **confinium, ii, n.** : limite, voisinage

⁵ **in rotundum restricta** : « ramassée en un disque » **procerus, a, um** : allongé, grand

⁶ **producere** : étendre, allonger

⁷ **Nerone** : la comète de Claude est de 54; celle de Néron de 60. Cette dernière suscita une vive émotion populaire, car on croyait que les comètes présageaient un changement de régime; cf. Tacite, *Annales*, XIV, 22 : « comme si Néron était déjà détrôné, on cherchait qui serait désigné pour lui succéder ».

⁸ **infamia, ae, f.** : mauvaise renommée

⁹ **excessus, us, m.** : mort **ludis Veneris Genetricis** : jeux en l'honneur de Vénus, mère d'Enée, ancêtre de la famille Julia. Elle avait un temple sur le forum de César.

¹⁰ **emergere, o, mersi, mersum** : apparaître

¹¹ **liquidus, a, um** : clair, limpide **sincerus, u, um** : pur

¹² **minax, acis, 3g** : menaçant

Le mystère du monde et le progrès indéfini de la science

~~XXX~~ (1) Egregie Aristoteles ait numquam nos verecundiores¹ esse debere quam cum de diis agitur. Si intramus templa compositi², si ad sacrificium accessuri vultum submittimus, togam adducimus³, si in omne argumentum* modestiae fingimur*, quanto hoc magis facere debemus, cum de sideribus, de stellis, de deorum natura disputamus, ne quid temere, ne quid impudenter aut ignorantes affirmemus, aut scientes mentiamur !

(2) Nec miremur tam tarde erui⁴ quae tam alte iacent. Panaetio* et his* qui videri volunt cometen non esse ordinarium sidus, sed falsam sideris faciem diligenter tractandum est an⁵ aequae omnis pars anni edendis cometis satis apta sit, an omnis caeli regio idonea in qua creentur, an, quacumque ire⁶, ibi etiam concipi possint, et cetera. Quae universa tolluntur⁷, cum dico illos non fortuitos esse ignes sed intextos⁸ mundo, quos non frequenter educit sed in occulto movet.

(3) Quam multa praeter hos per secretum eunt numquam humanis oculis orientia! Neque enim omnia deus homini fecit. Quota⁹ pars operis tanti nobis committitur ? Ipse qui ista tractat, qui condidit, qui totum hoc fundavit deditque¹⁰ circa se, maiorque est pars sui operis ac melior, effugit oculos; cogitatione visendus est. (...) (4) Quid sit hoc¹¹ sine quo nihil est scire non possumus, et miramur si quos igniculos parum novimus, cum maxima pars mundi, deus, lateat. (5) Quam multa animalia hoc primum cognovimus saeculo, quam multa negotia¹² ne hoc* quidem! Multa venientis aevi populus ignota nobis sciet; multa saeculis tunc futuris cum memoria nostri exoleverit¹³ reservantur. Pusilla* res mundus est¹⁴, nisi in illo quod quaerat

1 **verecundus, a, um** : retenu, modeste

2 **compositi** : doit s'entendre à la fois d'une attitude recueillie et d'une tenue correcte; précisé par ce qui suit.

3 **adducere** : ramener sur soi (un vêtement pour l'empêcher de flotter) **in omne argumentum** : « pour donner de toute manière la preuve de... » **fingere** : façonner, modeler

4 **eruerere** : déterrer **Panaetius** : Panétius de Rhodes (IIe s. av. J.-C.), philosophe stoïcien, ami de Scipion Emilien **his** : les stoïciens disciples de Panétius (*Panaetio* et *his* sont au datif, compl. d'agent de l'adjectif verbal *tractandum*)

5 **an** = num

6 **ire** : sous-ent. *possunt*

7 **tolluntur** : « sont écartées, ne se posent pas »

8 **intexere, o, texui, textum** : insérer

9 **quotus, a, um** : combien petit

10 **dedit** : ici « placer »

11 **hoc** : au neutre, parce que cet être (Dieu) ne peut être défini avec précision en termes humains

12 **negotia** : « objet » **hoc** : sous-ent. *saeculo*

13 **exolescere, o, evi etum** : dépérir, se faner **pusillus, a, um** : tout petit

14 **est** : à traduire comme si l'on avait *sit*, potentiel **mundus** : est employé dans cette phrase une première fois aus sens de « monde, d'univers », une deuxième fois pour désigner « les hommes » (**omnis mundus** = chaque génération d'hommes)

omnis mundus* habeat. ⁽⁶⁾ Non semel quaedam sacra traduntur : Eleusin¹ servat quod ostendat revisentibus. Rerum natura sacra sua non semel tradit. Initiatos nos credimus, in vestibulo ejus haeremus. Illa arcana non promiscue² nec omnibus patent; reducta et in interiore sacrario clausa sunt, ex quibus aliud haec aetas, aliud quae post nos subibit aspiciet.

⁽¹⁾ XXXI. Quando ergo ista in notitiam nostram perducentur ? Tarde magna proveniunt, utique³ si labor cessat*.

⁽⁴⁾ XXXII. At mehercule, si hoc totis membris⁴ premeremus*, si in hoc juvenus sobria incumberet, hoc majores docerent, hoc minores addicerent, vix ad fundum veniretur in quo veritas posita est, quam nunc in summa terra et levi manu quaerimus.

Livre VII, ~~XXX~~ - XXXI

7. LA VRAIE NOBLESSE

SENECA LUCILIO SUO SALUTEM

[1] Iterum tu mihi te pusillum⁵ facis et dicis malignius tecum egisse naturam prius, deinde fortunam, cum possis eximere* te vulgo⁶ et ad felicitatem hominum maximam emergere*. Si quid est aliud in philosophia boni, hoc est, quod stemma⁷ non inspicit; omnes, si ad originem primam revocantur, a dis sunt.

[2] Eques Romanus es, et ad hunc ordinem tua te perduxit industria; at mehercules multis quattuordecim⁸ clausi sunt, non omnes curia admittit, castra⁹ quoque quos ad laborem et periculum recipiant fastidiose* legunt¹⁰ : bona mens omnibus patet, omnes ad hoc sumus nobiles. Nec reicit quemquam philosophia nec eligit: omnibus lucet.

¹ Eleusin : au nominatif

² promiscue : en commun, indistinctement

³ utique : en tout cas, surtout cessare : aller lentement

⁴ totis membris : « de toutes nos forces » premeremus : au sens de « s'attacher avec acharnement à »

⁵ pusillus, a, um : tout petit eximere, o + abl. : retirer de, retrancher du nombre de

⁶ vulgus, i, n. : foule, le commun des hommes emergere, o : s'élever

⁷ stemma, atis, n. : arbre généalogique

⁸ quattuordecim [ordines] : les quatorze rangées de gradins au théâtre réservées aux chevaliers

⁹ castra : = l'armée fastidiose : avec dédain ; (ici) avec sévérité, selon un choix minutieux

¹⁰ legere, o : choisir

